

SACRIS SOLEMNIIS

1. Sacris solémniis iuncta sint gáudia,
et ex praecórdiis sonent praecónia;
recédant vétera, nova sint ómnia,
corda, voces, et ópera.
2. Noctis recólitur cena novíssima,
qua Christus créditor agnum et azyma
dedísse frátribus iuxta legítima
priscis indúlta pátribus.
3. Dedit fragílibus córporis férculum,
dedit et trístibus sánguini póculum,
dicens: Accípíte quod trado vásculum;
omnes ex eo bíbite.
4. Sic sacrificium istud instítuit,
cuius offícium commítiti vóluit
solis presbýteris, quibus sic cóngruit,
ut sumant, et dent céteris.
5. Panis angélicus fit panis hóminum;
dat panis cáelicus figúris términum;
O res mirábilis: mandúcat Dóminum
pauper, servus et húmilis.
6. Te, trina Déitas únaque, póscimus:
sic nos tu vísita, sicut te cólimus;
per tuas sémitas duc nos quo téndimus,
ad lucem quam inhábitas. Amen.

Source: Abbaye Saint-Pierre de Solesmes,
Liber Hymnarius.
(Solesmes, 1998)